1542. 905

Regis sacri Brandeburgski

# Responsum
# à Regibus Poloniæ, Patre, et Filio Sigismundo, datum Illmo Domino Georgio Marchioni Brandeburgensi, Nunctio à Cæsare Carolo 5to ad Nuptias Reginæ Elisabethæ misso. etc.

247

Quâ excusatione usa est Illmas Vestra, Sacræ Imperatoriæ Mtis nomine, quod præsentiâ suâ nuptias has non honestaverit, eam Serenmi Principes hi, libenter accipiunt. Nam et occupationes Mtis illius, non sunt Mtbus his, incognitæ, et de animo illius, cum erga se, tum erga Serenmam Reginam hanc, hujus Conjugem, illius vero Mtis Nepotem Charissimam, illud sibi pollicentur, quod nihil esse, eorum prætermissura, quæ ad honorem Mtum harum, intelligeret pertinere. Cæterum quod misso etiam munere, amorem suum erga Mtem hanc, Mtas illius testatum facere voluit, etsi fuit id plane supervacaneum, cum absque hoc etiam, eggregia Mtis illius erga Serenmos Principes hos, voluntas fuerit, semper omnibus perspectissima, agit tamen gratias Mtas hæc Regia,

ac per om

ac per omnem occasionem referre curabit —

Porro, quod Illrtas Vestra, ver=bis Cæsareæ Mtis, Serñmam Reginam hanc, Serñmo Conjugi suo, tanto studio commendat, facile perspiciat Mtas hæc, id ex abundantia qua=dam amoris Mtis illius, erga Serñmam Nepo=tem suam profectum esse, atque ideo gratum ut illi accidit. Etsi itaque ipsa per se est, Serñma Vir=go, Mti illius commendatissima, ita ut nullius com=mendationis egere videatur, tamen hoc ipso etiam nomine futura est, Mti illius charior, quod eam Cæsareæ Mti, tantæ curæ esse intelligit, ac cum se præstare erga Serñmam hanc Conjugem suam conabitur, ut Deo gratiam suam impartiente, Con=jugali amori suo, et benivolentiæ, cum Serñmoru Parentum, tum Unius omnium Excellentissimi Patrui, in eam charitatem sit superaturus —

Ol